



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam**

**Gianotti, Alfonso**

**Ingolstadii, 1658**

Industria III. Proponit Neceßitatem & modum Petitionis ad Deum  
instituendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

Etâ quadam impulsus nausea infid  
fastidio dic cum Seraphica avir  
S. Ignatij Lojole anima: Eho rân  
quàm sordet terra, dum C nis C  
lum aspicio! O DEVS, quâ res,  
indigna res est, terrena ista sec  
aliâ, quàm contemptus cau nes  
respicere, cum possim intue tion  
amare, aspirare ad Cælum, qua  
ad DEVM? hab

INDUSTRIA III  
Petitionis.

**T**ertium, quod nos compellit  
prorumpere in varios eff  
Etus humilitatis propria, comp  
sionis erga alios, orationis  
Deum presentem. Et invocatio  
Sanctorum, est, quod videamus  
infin xi

insidijs vita tam corporis quam  
anime expositos, obsessos à tot  
tamque continuis inimicis inter-  
nis & externis, quales sunt dolo-  
res, aegritudines, fames, sitis, per-  
secutiones, calumnia, dubitatio-  
nes & animiperplexitates, tenta-  
tiones, quòdque peius est, peccata  
quotidiana, & universim vel boni  
habendi indigentia, vel necessitas  
sufferendi mali in nostrà aut ami-  
corum personà. Deum bonum! &  
non poteris, ô anima mea! in tantâ  
miseriarum, necessitatum & peri-  
culorum congerie descendere per  
considerationem, confessionem &  
humilitatem in tuum nihilum &  
paupertatem, implorando con-  
tinuis votis & precibus coeleste au-  
xilium?

COL-

## COLLOQVIVM III

**O** Sapientissime DEVS laudabilis quidem es in omnibus actionibus & intentionibus tuis, sed in adinventio-  
nibus tuis, animas nostras & corda nostra ad te attrahens omnem excedis admirationem. Quis unquam crederet, homo ipsum, quod nos homines in mari quodam miseriarum, angustatis, dolorum, infirmitatis, persecutionum & tentationum (quibus nos ab hominibus & demonibus affligi permittis) constitueris, Inventum esse tuum Amoris ingeniosum, & potentissimos stimulos, quibus nos

ad te recurrere compellis? ita  
est, DEVS meus! Ego, licet se-  
rò, revereor auream virgam  
tuam, quæ nos percutit, & ad-  
oro aciem amantis gladij tui;  
quò nos feris; tua enim inten-  
tio ac desiderium est, ut à tua  
Justitia vulnerati recurramus  
ad tuam, quæ saucios sanabit,  
Misericordiam; percussi à tuâ  
manu, ad cor tuum, quod nos  
amplexabitur, properemus;  
persecutionem passi à malitia  
hominū, præsidium & asylum  
quæramus in bonitate & pro-  
tectione divinâ; tentati à re-  
bellibus Angelis, quò citiùs  
nos in inferni abyssum præei-  
pitent, angelorum fidelium.

D                      im-

imploramus subsidium, quod  
nos in Paradisum sublevent  
deniq; nostrâ culpâ lapsi, ut  
PECCAVI, dolenti & serio co  
dis affectu prolato, cum gratia  
tuam quoque reparemus Am  
citiam.

Præterea mala proximorum  
à mirabili tua sapientia facta  
sunt quasi scala Electis tuis, quæ  
ad te conscendant ad extor  
quendos pro se de manibus tuis  
liberalissimis semperque ap  
tis thesauros gratiæ, amoris  
humilitatis; liberationis ver  
& subsidij pro sublevandis  
liorum necessitatibus, dum  
fectu charitatis & misericordi  
afflictos, eorumque afflictione  
tibi

tibi commendant, gratiam impetrant & auxilium, judicia tua in castigando extimescunt. amant misericordiam in exaudiendo.

Exemplo igitur horum servorum tuorum, ipsosq; imitandi desiderio permotus, & quia hæc est sanctissima tua voluntas juxta ac beneplacitum, commendo tibi (ô Pater misericordiarum) omnes miseras & miseros, quicunque tuæ sunt capaces gratiæ. Da, ô mi Deus! his qui te offenderunt veniam, peccatorum suorum, mihi maxime, qui horum omnium primus sum; & unâ cum remissis offensis conjunge plenariam.

D 2

pana-]

pænarum pro ijs debitum  
indulgentiam, concedens in  
super nobis gratiam efficaci  
tuæ misericordiæ cooperand  
ut per veram pœnitentiam de  
leamus de libro Iustitiæ tu  
debitorum nostrorum ratio  
nes.

O magnæ liberator nostre  
eripe de manibus hostium no  
strorum infernalium arma, ut  
cessent tentationes & insid  
tus inimicorum invisibilium  
aut saltem non perveniant  
vulnerandos nos sub scutus  
protectionis tuæ receptos. De  
auxilium, ô Domine, quo ge  
nerosè eradicemus consuetu  
dines pravas, quæ nos deorsum

pet-



pertrahunt, & curâ pervigili  
assiduè moderemur effrenas  
passiones nostras, malas filias  
pessimi parentis, peccati. Sci-  
licet.

Mi Deus commendo tibi  
omnes, qui doloribus aut in-  
firmitatibus corporis, afflictio-  
nibus aut miserijs animi, pau-  
pertate aut vitæ incommodis,  
aliisque necessitatibus & ma-  
lis facti miseriore, tuæ quo-  
que commiserationis & auxi-  
lij præ alijs sunt indigentiores.  
Commendo insuper in sum-  
mo extremi agonis periculo  
constitutos; animas insuper  
in atrocissimis pungatorij tor-  
mentis detentas & duplici ig-

D 3                      ne

ne ardeutes, vno amoris ac  
fiderij Te videndi, altero po  
nae purgantis. Commendo  
am urgentissimam Hæretico  
rum & Gentilium necessitate  
qui vel maximè divinâ tuâ  
lustratione egent, ut à vici  
rum errorumque suorum  
nebris liberentur, implorant  
ipsimet pietatē Bonitatis tuæ  
& ego libellum supplicem pro  
impetranda gratia & auxili  
tibi, ô æterne Pater! sanguin  
filij tui scriptum offero, ut  
vel ex tua misericordia illos  
beres, aut, quia justitiâ val  
rum & efficacissimæ mortis  
plùs quàm dignissimi filij  
satisfactum, intuitu huius

hi benignè concedas, quidquid pro me aliisque suppliciter rogo.

Deniq; à Te mihi aliisque servis tuis humillimè peto omne Virtutis & Gratiaè augmentū, omnem in divino tuo servitio perfectionē & perseverantiā, ut liberati à malis culpaè & poenae pleni donis tuis eò pertingamus, ut toti tui simus æternū, tibi que conjuncti, qui es Summum Bonum, summāque Felicitas. Amen.

**PRAXIS PER DIEM  
VSVRPANDA.**

**V** *Niversim omnis necessitas,  
quam sentis in anima vel  
D 4 corpore*

corpore, quam vides vel scis aliam  
 pati, vel ut à malo liberetur, vel  
 bonum aliquod consequatur, in  
 inquam talis necessitas cor  
 tibi aperiat ad petendum à Deo  
 tuo presentissimo remedium au-  
 liumve, qui solus te potest, & te  
 exaudire absque alterius ope,  
 opera, atque, pro conditione da-  
 nente ad recipiendas gratias, in-  
 tuit earum petitionem, Petite  
 accipietis.

In particulari verò quante  
 que tentationem, distractionem  
 motum anime vel corporis vitio-  
 contrarium sentias, confestim sp  
 cialicum affectu recurre ad tu  
 Protoparentem spirituale, De  
 tuum presentem, & aic ei: De

inadjutorium meum intende,  
Domine ad adjuvandum me  
festina. Domine vim patior,  
responde pro me; auxiliare  
Domine, succurre mi DEVS.  
Domine & Pater mi, morivo-  
lo, sed te non offendere. Si sen-  
tis corpus tuum aut scis alterius  
corpus malè dispositum, dic: Do-  
mine mi, libera me aut patien-  
tiam largire, & meritum in  
doloris parientiâ.

*Si iter, negotium, aliâve actio  
perdifficilis peragenda sit, dic:*  
Mi DEVS, Magister & Pater  
omnipotens, illumina me, ut  
cognoscam illud, quod maxi-  
mè expedit, & iuva me efficaci-  
ter illud perficere, removens,

D S que

70 Praxis per diem usurp.

quæ me ab illius executione  
impedire possunt.

Hoc solum adverte, gratiam  
auxilium à DEO petendum  
non tantum semel aut in principio  
sed frequenter & constanter,  
pius repetendo, durante tali ac-  
tione vel necessitate, petitionem  
tamen ad DEVM, velut præ-  
sentem Patrem, facienda est.

#### INDUSTRIA IV.

Præsentia DEI.

**Q**uarta Industria supponit  
veritatem aliquam tam  
tam fidei & rationis naturalis  
mine, quam certum est DEVM  
in omni perfectione esse infinitum  
& presentem in omnibus rebus